

Band VIII., Nr. 2797, Seite 115-116

Abt Albert von Reichenau bestätigt den durch die Ritter Gebrüder Burkhard und Ulrich Senpheli von Indelhausen, Ministerialen seines Klosters, zu verschiedenen Zeiten geschehenen Verkauf einiger Eigenleute an Kloster Salem.

Sandegg, 1278. Juni 5.

Omnibus hanc paginam inspecturis Albertus dei gratia abbas Augie Maioris rei geste notitiam cum salute. Ne facta modernorum propter successum temporis evanescant, literarum debent testimonio perennari. Eapropter presentes noverint et futuri, quod cum Burchardus et Ūlricus fratres dicti Senpheli milites de Ūndilhusen ecclesie nostre ministeriales homines ipsis proprietatis titulo attinentes, Mahthildim videlicet uxorem Hainrici dicti Schrawas et Adilhaidim sororem eius, scilicet Mahthildis predicte, cum universa prole nunc per utramque procreatam vel in posterum procreadam et Berthholdum dictum de Undilhusen Burchardus, Ūlricus vero frater suus memoratus Hainricum dictum Schrawas supradicte Mahthildis maritum diversis temporibus pro certa summa pecunie monasterio de Salem vendidissent et per manus nostras eo, quod nobis dicti milites attinerent, facta solempni donatione omnium heredum dictorum fratrum consensu prehabito nec non omnium, quorum intererat, tradidisse[n]t, nos predictam venditionem donationem et traditionem adhibiti[s] sollempniter omnibus, que fuerant adhibenda, per manus nostras factam presenti scripto duximus confirmandam ius, si quod mediate vel immediate nobis in dictis hominibus competebat, in supradictum monasterium transferentes.

Actum et datum apud Sandegge, anno domini MCCLXXVIII., nonas Junii, indictione VI., ex parte nostra supradictis fratribus presentibus et id procurantibus, ut est dictum, ex parte vero dictorum fratrum anno domini MCCLXII¹, subnotatis testibus presentibus et rogatis videlicet: Diethalmo de Ramstain rectore ecclesie in Ulma, Ūlrico custode Augie Maioris, Burchardo de Salunstain, Alberto capellano, Cūnone nostro notario clericis, Cūrado de Badwāgen, Hainrico de Bilstain² militibus, Cūrado de Salunstain et Hainrico de Jesteten aliisque quam pluribus probis viris. Ut autem hec in perpetuum maneant inconvulsa, presens instrumentum super hoc conceptum sigillo nostro duximus roborandum. Nos Burchardus et Ūlricus fratres dicti Senphli de Undilhusen predicta omnia prout premissa sunt

¹Eine Urkunde darüber ist nicht vorhanden.

²Abgegangene Burg im Kinzigtal, Ortenaukreis.

II

esse vera et per nos facta et procurata sub sigillo supradicti reverendi domini nostri A(lberti) dei gratia abbatis Augie Maioris, quia sigilla propria non habuimus, presentibus profiteamur renuntiantes pro nobis et nostris heredibus universis omni iuri et actioni, que nobis in dictis hominibus competebant, nec non iuri restitutionis in integrum et pecunie non numerate aliisque omnibus, per que predicta venditio et vacua possessionis eorundem hominum traditio possit in posterum enervari casu quolibet contingente.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Siegel des Ausstellers aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachse, in WUB, Bd. VI, S. 77 beschrieben.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

4/339

Regesten:

Codex diplomaticus Salemitanus, Bd. 2, S. 208, Nr. 589.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Sandegg

Ortsindex:

Badewegen Wüstung (24226)
 Badewegen, Sauldorf, SIG, W
 Bilstain
 Indelhausen Wohnplatz (15870)
 Indelhausen, Hay-
ingen, RT
 Jestetten Wohnplatz (15481)
 Jestetten, WT
 Ramstein : Tennenbronn, Schramberg RW
 Ramstein Wohnplatz
(12637)
 Reichenau Wohnplatz (14588)
 Reichenau, KN
 Salenstein, Kt. Thurgau, Schweiz
 Sandegg, Berlingen, Kt. Thur-
gau, Schweiz
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohn-
platz (18257)
 Ulm UL
 Ulm Gemeinde (16620)